

66. Syndicus Apostolicus nequit habere dominium, & possessionem census relictis Fratribus Observ. & Reformatis. Et dicti Syndici nomine nequeunt præfati Fratres retinere bona stabilia, census, aliosque annuos redditus. Sic apud d. tom. 2. Thesauri resolut. Sacre Congregationis Concilii in expositione cause in Firmana Legatorum §. Tum quia... ubi refertur ad id resolutio cit. specialis Congregationis, & Congregationis R. Fabricæ in *Epina Legati* 26. Novemb. 1692. & Sacr. Congr. Concil. 2. Octob. 1721. ubi ad dubium: "An Religiosis S. Francisci Min. Observ. Murri Vallium liceat retinere legatum reliquum à quondam Ludovico Moretti in casu &c. Responsum fuit: Negative, & Syndicum tenentur ab hæredibus per modum elemosynæ."
67. Syndicus Minorum de Observantia, & Reformatum in concernentibus correctionem eorum, non est exemptus à Jurisdictione Ordinarii. Sacra Congr. Concil. in *Nallus Altamura Exemptio* 5. Aug. 1715. ad V. apud d. Thesaurum tom. 9. circa fin.
- (Super exemptione, de qua hic agitur, Syndici cujuscumque monasterii Fratrum Min. de Observ. nil Lectori exhibeo, si attente perlegatur additiones hispanicæ, verb. Appellatio, ibique Breve Sanctitatis D. Clementis XIV. verb. Clericus, verb. Conservatores, (admissi dum fuerint) multum ad rem quæ etiam verb. Familiaris, n. 49. & 60. Forum, verb. Laicus, n. 7. & 28. verb. Magister, n. 19. cum verb. Advocatus, art. 2. num. 16. notatur: De Syndici & Procuratoris discrimine, vide verb. Procurator.)

SYNODUS DIOECESANA.

SUMMARIUM.

- Synodus ex græco interpretatur Comitatus, vel Cætus.
- Synodus diœcesana est celebranda singulis annis ab unoquoque Episcopo in sua diœcesi: Potestque celebrari etiam extra Ecclesiam.
- Et si necessitas postularet, posset Synodus etiam sæpius in anno celebrari.
- Episcopus non celebrans singulis annis Synodum diœcesanam incurrit penas à jure statutas.
- Episcopus duarum civitatum unitarum debet in utraque diœcesi alternative Synodum celebrare; nec Capitulum unius Cathedralis cogi potest, ut accedat ad Synodum alterius.
- Afferuntur ad id aliæ Novissimæ Resolutiones Congregationis Concilii.
- Episcopus nondum consecratus, si Bullas expedivit, potest Synodum convocare.
- Archiepiscopus non potest Synodum congregare ante susceptionem Pallii.
- Synodus Cleri Romani convocari potest ab Eminentiss. Cardinali Urbis Vicario.
- Vicarius Generalis Episcopi absque ejus speciali mandato non potest Synodum convocare.
- Vicarius Capitularis, sede vacante, potest, immo debet Synodum congregare.
- Abbat, alique Prælati Episcopo inferiores non possunt congregare Synodum, nisi habeant tria requisiti, quæ assignantur.
- Episcopus justo aliquo impedimento detentus potest Synodum congregare per alium.
- Si in diœcesi sit constitutus Vicarius Apostolicus, ad ipsum solum, & non ad Episcopum spectat congregare Synodum.
- Non est ordinariè convocanda synodus, nisi prius expleta fuerit visitatio generalis diœcesis.
- Debet autem synodus fieri à multo tempore, quando habita non fuit à multo tempore.
- Episcopus in convocazione synodi non tenetur consilium Capituli requirere, nec in aliis actibus preparatoriis.

- Alii tamen tenent contrarium.
- Episcopus debet in publicatione decretorum synodi Capituli consilium exigere, licet sequi non tenetur.
- Requisitio consilii Capituli debet ab Episcopo fieri capitulo congregato, aliud non valet.
- Immo valde expedit, quod dicta requisitio facta Capitulo congregato, registretur in actibus synodi.
- Si Canonici, & Dignitates nollent à se ipsis indicta congregari, tunc sufficeret requisitio facta per editam.
- Et in casu, quo totum Capitulum congregatum contradiceret, vel protestaretur contra synodum, posset Episcopus, his non obstantibus, ad synodi celebrationem procedere.
- Capitulum Cathedralis debet necessario expresse in specie, & nominatim ad synodum invitari.
- Si autem Canonici, & Capitulum synodo interesse recusent, cogi possunt ab Episcopo per censuras ecclesiasticas.
- Laici, quantum sit in facultate Episcopi eos invitare, non tamen possunt de jure præterdere, quod tenetur eos invitare ad synodum.
- Ad synodum accedere tenentur, & admitti debent solum Curati, & Beneficiati, nisi esset consuetudo, quod interveniret totus Clerus.
- In casu autem, quod in synodo agendum sit de reformatione morum, vel de alia re, quæ clerum universum tangat, omnes Presbyteri, & Clerici interesse debent.
- Tunc tamen si Episcopus acturus sit super aliquo ex præmissis, debet facere mentionem verbis specificis in edito convocacionis.
- Exempti omnes, qui aliis, cessante exemptione, synodo interesse deberent, nec capitulis Generalibus subduntur, ad eam accedere tenentur.
- Omnes Curati, sive seculares, sive Regulares, tenentur ratione curæ Parochialis accedere ad synodum, etiam si Curati Regulares subduntur capitulis Generalibus.
- Synodo interesse tenentur etiam Abbates, alique superiores Regulares, & Prælati inferiores exempti, si per se ipsos curam parochiam exerceant; secus autem, si per alium, quia tunc ipsi soli alteri hoc onus incumbit.
- Item synodo interesse tenentur Vicarii, seu Capellani Religionis Hierosolymitani curam animarum habentes.
- Item synodo interesse tenentur Parochi exempti Ecclesie Lateranensis.
- Rectores parochialium nullius diœcesis, etiam si sint Abbates, tenentur accedere synodum illius Episcopi, qui tamquam vicinior potest eos visitare.
- Abbates Regulares, Priores, Rectores, Guardiani, alique superiores parvorum Conventuum, qui subiacent jurisdictioni Ordinarii, tenentur vocari accedere ad synodum.
- Et si non interveniant, potest Episcopus suo arbitrio illos multare, excepta multa pecuniaria.
- Conventus tamen, qui non fuerunt suppressi, & in quibus adest numerus sex Religiosorum, non comprehenduntur sub hac obligatione.
- Episcopus potest cogere etiam Clericos subcolletores Apostolicos, ut synodo intersint.
- Episcopus potest juris remediis, etiam per censuras ecclesiasticas compellere ad interessendum synodo omnes supradictos obligatos synodo intervenire.
- Et sic etiam juris remediis compelli possunt ab Episcopo ad interessendum synodo Curati Regulares Parochiarum illorum Conventuum, in quibus residentiam habent Generales suorum Ordinum, quomodo ista parochie non subjacent visitationi Ordinarii.
- In synodo diœcesana potest Episcopus facere constitutiones, & decreta absque consensu, & approbatione Capituli, & Cleri.
- Solus Episcopus in synodo votum decisionum habet.
- Decreta tamen, seu constitutiones synodales, antequam

- asu recipiantur, debent ostendi Capitulo, & aliis interessentibus, eisque duorum mensium præfixi terminus, ut si se senserint gravatos, recurrere possint ad ipsum Episcopum, vel ad Sedem Apostolicam.
- Non tenentur tamen Episcopus synodum ostendere civitati, vel Laicis, antequam imprimatur, vel promulgetur.
- Dum Roma reverentur decreta synodalia, non convenit quod Episcopus procedat ad eorum executionem.
- Non tenentur tamen Episcopus ante synodi publicationem ejus decreta misere.
- Constitutiones, seu Ordinationes factæ in synodo sunt perpetuæ, & non expirant morte conditoris.
- Constitutiones, seu Ordinationes synodales ligant Clericos, & Laicos Episcopo subjectos.
- Tales autem constitutiones synodales ex defectu auctoritatis non obligant Regulares.
- Servanda tamen est synodus à Regularibus quoad tempus humanitatis casualiter.
- Item servanda sunt constitutiones synodales à Regularibus in iis omnibus, quæ concernunt observantiam sacrorum canonum, Conciliorum, Pontificiarum constitutionum, & decretorum Sacr. Congr.
- Delenda est pena excommunicationis in decreto synodali contra Moniales scribentes, vel recipientes literas, quas Abbatissa non legitur.
- Expensis propriis vivere debent Canonici euntes ad synodum, & non gravare Capitulum.
- Canonici ecclesie collegiatae cedere debent locum in synodo Beneficiatis ecclesie cathedralis.
- An Canonici, & Clerici cathedralis sedere debeant in synodo ad dexteram, Canonici vero cum Clero collegiatae ad sinistram?
- Beneficiati tamquam singuli, & vocati ab Episcopo possunt intervenire synodo, & in loco juxta præscriptum Pontificis.
- Adducitur decisio S. Rit. Cong. in una Spoletana Juris Sedeni in synodo pro Collegiatis S. Petri, & Sancti Georgii civitatis Spoletæ cum Capitulo Cathedralis ejusdem civitatis.
- Afferitur decisio Sacre Congregationis Episcoporum in una Senogalliens. de duobus Curatis reclamantibus in synodo adversus litteras decreta.
- In fine synodi non interrogatur Clerus per verba Placetne vobis.
- Non licet Episcopo cogere etiam multos singulos Presbyteros, & Clericos ad synodum impressam residentiæ.
- Ad synodum diœcesanam non tenentur adire omnes Canonici collegiatae, sed tantum ex his quatuor, nisi ad sit legitima consuetudo in contrarium.
- Simplex Sacerdos tenentur servare consuetudinem, & constitutiones synodales.
- Decreto synodali prohiberi non potest, ne Regulares celebrent ex legato in ecclesiis secularibus.
- Synodali decreto vetari non potest, ne in aliis ecclesiis exponatur adoranda reliquia SS. Crucis diebus, quibus exponitur in cathedrali.
- Constitutione synodali aut alio modo potest ab Episcopis statui, ne Sacerdotes quicumque sint seculares, sive Regulares officium exorcizandi exerceant sine speciali sua facultate sub penis arbitrio suo imponendis.
- Synodalis constitutio tenentur Presbyteri parochialium S. Joannis Hierosolymitani se conformare quoad omnia Sacramentorum administrationem, & curam animarum concernentia.
- Constitutionibus synodalibus, alique legibus etiam per edita promulgatis ab Episcopo sine Capituli consilio, & assensu, subijciuntur idem Capitulum.
- Synodus Alexan. celebr. an. 1739. fuit declarata nulla.
- Alia ad rem, remissive.
- Subscribuntur Supplementa Auditoris, ad n. 155.
- Addit. ex aliena manu.

Synodus ex græco interpretatur Comitatus, vel Cætus; textu expresso in cap. Canones 1. dist. 15. vers. FERRAR. BIBLIOT. tom. VIII.

- Synodus: ibi, Synodus autem ex græco interpretatur Comitatus, vel Cætus.
- Synodus diœcesana est celebranda singulis annis ab unoquoque Episcopo in sua Diœcesi. Sic expresse statuit Concilium Tridentinum sess. 24. de reformatione cap. 7. ibi: Synodi quoque diœcesanae quotannis celebrantur. Potestque celebrari etiam extra ecclesiam, ex Monacell. tom. 1. tit. 6. form. 3. num. 7. Bott. Massob. ibi citatis. Et si necessitas postularet, posset synodus diœcesana etiam sæpius in anno celebrari, Barbosa ad Concil. cit. sess. 24. cap. 2. num. 17. & p. 3. de Offic. & potest. Episc. alleg. 93. num. 2. Ugolin. de Offic. Episc. cap. 48. num. 3. & alii per textum in cap. De Conciliis 2. dist. 18.
- Episcopus non celebrans singulis annis synodum diœcesanam incurrit penas à jure statutas. Sacr. Congr. Conc. 26. Junii 1621. Episcopus omittens sine causa celebrare quotannis synodum de jure communi est suspendendus ab executione Officii; ex cap. Siccut olim, de accusationibus; Sac. Congr. Conc. 21. Martii 1590. apud Pignatell. tom. 4. consult. 132. Barbosa ad Sacr. Congr. Conc. loc. cit. num. 18. Gavant. in Manual. Episc. verb. Synodus num. 5.
- Episcopus duarum civitatum unitarum debet in utraque diœcesi alternative synodum celebrare, nec Capitulum unius cathedralis cogi potest, ut accedat ad Synodum alterius. Sac. Congr. Conc. in una Civitatis Castellane, & Hortane 8. Januarii 1624. & sæpius alibi teste Pignatell. tom. 4. consult. 132. Hinc eadem Sacr. Congr. Conc. in Valen. & Sulmonen. 3. Septembris 1550. declaravit, quod in qualibet civitate deputandi sunt Examinatores synodales distincti ab illis, qui deputantur in altera civitate: Et quod Episcopus pro causis Diœcesanorum unius diœcesis deputare debeat Vicarium Generalem in illa diœcesi. Et etiam quod Clerici unius diœcesis delinquentes debeant ibidem in carcerem condi, & non transmitti ad carceres alterius diœcesis; sic apud Pignatell. loc. cit. ubi insuper adducit ad rem alia decreta sacre Congregationis Episcoporum.
- Afferuntur ad id aliæ novissimæ Resolutiones Sacre Congregationis Concilii, nempe in Ampullen. Synodi, ubi ita habetur: "Approximante tempore celebrationis Synodi, Episcopus, stante quod Ampuriensis diœcesis unita sit æque principaliter Civitatis diœcesis, nulla in hac parte suffulsa consuetudine, supplicat ab Eminentiss. VV. edoceri... I. An ipse teneatur celebrare synodum in utraque diœcesi, & quatenus negative. II. An reuvenitibus Civitatis teneatur accedere ad cathedralen Ampuriensem, eos juris remediis ad accessum, & ad Synodi observantiam compellere possit?" Et Sacra Congregatio 8. Maji 1694. Respondit: Ad I. Affirmative alternatim. Ad II. Negative, ut in lib. 4. Decret. p. 212. Et in Geruntinens. & in Cariaten. Synodi, & Gravaminum: Cum Capitulares, & reliqui de Clero Geruntinens. ad synodum per Episcopum indictam, & in civitate Cariatensis habitam, non accessissent, tum ob itineris incommodum, tum etiam quia Ecclesie Geruntinens. & Cariaten. fuerint inter se accessorie unitæ, & reservata tamen præminentia Geruntinensi, inter cetera disceptata fuerunt hæc dubia: I. An Synodus ab Episcopo celebrata in Cathedrali Cariaten. sustineatur? Et quatenus negative. II. An licet diœcesim Geruntinam? III. An censura ab Episcopo fulminata contra Canonicos Geruntinos sustineatur? Et Sacra Congregatio die 7. Octobris 1786. Respondit: Ad I. Affirmative. Ad II. & III. Negative. Sed proposita causa sub dubio: An, & in quibus sit standum, vel recedendum à decisis sub die 7. Octobris 1706. in casu &c. Die 1. Febr. 1703. Rescripsit: Ad I. In decisis. Ad II. prævio recessu à decisis, Affirmative. Ad III. usque ad ultimum in decisis, ut in l. 53. decr. p. 53. Et in Matheranen. & Acheruntina Synodi, ad sequentia dubia: I. An licitum sit Archiepiscopo Matheranensi, & Acheruntino convocare Synodum Diœcesanam in civitate Mathera pro utraque diœcesi, seu potius eam celebrare teneatur in civitate

Acheruntina? Et quatenus affirmative ad primam partem, negative ad secundam. *II. An idem Archiepiscopus compellere possit Ecclesiasticos dicta civitatis, & diocesis Acheruntinae ad interveniendum praedicta Synoda in casu &c.* Sac. Congr. 24. Martii 1736. Respondit dilata, non retardata pro hac vice interventus Cleri Acheruntini Synodo jam indicta in civitate Mathevanensi sine praedictio iurium ambarum partium. Sic apud Thesaurum Resolutionum Sac. Cong. Conc. tom. 7. in dict. Mathevanen. & Acheruntina Synodi, in cuius cause expositione refertur etiam sequens decretum in Pinnen. & Adriensi ubi eadem Sac. Congr. die 27. Julii 1647. Respondit: "Synodum ab Episcopo congregatam, & celebratam in civitate Pinnen. quae ratione alternativae celebranda erat in civitate Adriensi, non esse abolendam, sed acriter corrigendum Episcopum, & faciendam declarationem quod huiusmodi celebratio nullo modo praedicta civitati Adriensi ratione dictae alternativae prout haec Sac. Congr. declarat, ut in lib. 18. Decr. p. 367."

7. Episcopus nondum consecratus, si Bullas expedivit, potest Synodum convocare; Gavant. in manual. Epi. verb. Synod. diocesis. num. 1. Massobrius de Synodo Episc. cap. 2. dub. 1. num. 9. Barbosa ad Concil. loc. cit. num. 20. & cap. alleg. 93. post num. 3. cum aliis ibi citatis.

8. Archiepiscopus non potest synodum congregare ante susceptionem Pallii. Sic expresse Glossa in cap. Pallium 6. verb. Missa, dist. 100. ibi: *Et in synodo etiam uti valet, sed non potest synodum congregare ante susceptionem Pallii, Pirhing. in Jus canon. tom. 1. l. 1. tit. 9. num. 11. Azorius Inst. mor. p. 2. l. 3. cap. 34. quest. 2. Card. Petra tom. 5. comment. ad const. Pii II. num. 31. & alii cum Barbosa cit. alleg. 93. per text. in cap. Quod si ut Super eo, de elect.*

9. Synodus Cleri Romani convocari potest ab Eminentissimo Cardinale Urbi Vicario, ut adum fuisse liquet in proemio statutorum Cleri Romani impressorum, & expresse data fuit facultas a Paulo III. const. 36. §. 10. ibi: "Synodum in Romano Clero pro correctione malorum morum, & pro necessitate, iuxta temporum opportunitates in Clero occurrentes, ubi, & quando libuerit celebrandi, & congregandi, statuta, & ordinationes, seu constitutiones pro tempore observandas vendendi." Sic Cardin. Petra tom. 5. comment. ad const. 1. Pauli II. num. 64.

10. Vicarius Generalis Episcopi absque eius speciali mandato non potest synodum diocesanam convocare. Sac. Cong. Conc. 11. Aug. 1618. apud Sell. in select. Can. cap. 25. num. 31. Barbosa ad Conc. loc. cit. num. 21. & tenent passim Doctores: Vide verb. Vicarius Generalis art. 2. a num. 20.

11. Vicarius Capitularis, sede vacante, potest, immo debet synodum congregare: In illum enim transfertur iurisdicatio episcopalis. Sic decisis fuisse a Sac. Cong. Conc. referunt Garzias de benef. p. 9. cap. 2. n. 8. Card. Petra tom. 5. comment. ad const. 4. Callisti III. sect. 2. num. 113. Gavant. loc. cit. verb. Synod. diocesis. num. 2. Barbosa ad Conc. loc. cit. num. 22. & ad id teneri docent Sbroz de Offic. Vicar. l. 2. q. 3. in addit. sub n. 5. Pavin. de potestate Capituli sede vacante p. 1. q. 7. vers. Ex praemissis, & q. 10. Boreus de Syn. p. 1. q. 6. n. 40. Massobrius cap. 2. dub. 4. Barbosa cit. alleg. 93. sub num. 4. & alii.

12. Abbates, alique Praelati Episcopo inferiores non possunt congregare synodum, nisi habeant copulative titia requisita, scilicet Territorium vere separatam cum iurisdictione quasi episcopali in Clerum, & populum, & speciale Indultum Apostolicum cum subsecuta consuetudine, Barbosa ad Concil. Trid. sess. 24. de reform. cap. 18. num. 45. Cardin. de Luca ad Concil. disc. 30. num. 12. Lotter. de re Benef. l. 2. q. 31. num. 88. & plurimi alii citati a Card. Petra tom. 5. comment. ad const. 4. Callisti III. sect. 2. num. 114. & 115. ubi ad id refert plura decreta Sac. Congr. Concil. Vide ibi multa ad rem.

13. Episcopus justo aliquo impedimento detentus po-

testi synodum congregare per alium: Sic decisis fuisse a Sac. Congr. Concilii referunt Ugolinus de offic. Episc. cap. 48. num. 3. Barbosa ad Concil. sess. 24. de reform. cap. 2. num. 19. & cit. alleg. 43. num. 3. ubi dicit, quod id inuit ipsamet Concilium cit. cap. 2. dum inquit: *Synodi diocesanae quotannis celebrantur, determinate enim loquuntur, & non specialiter mandat Episcopis, ut ipsimet Synodum congregent, adeoque per alios possunt: Ita enim Piasec. in Praxi part. 2. cap. 2. num. 1. & alii.*

Si in diocesi sit constitutus Vicarius Apostolicus, 14 ad ipsum solum, & non ad Episcopum pertinet congregare Synodum, & facere concursum, quia Episcopus non habet nisi administrationem Ordinis. Sac. Congr. Episc. in Lycien. 8. Jun. 1608. & in Bisitanen. 16. Maji 1653. apud Piton. constit. & dec. ad Episc. num. 1205.

Non est ordinare convocanda synodus, nisi prius 15 expleta fuerit visitatio generalis diocesis: Ipsa enim praevia visitatio videtur necessaria, ut opportuna remedia malis, & praevis consuetudinibus, ac corruptiellis, quae in diocesi sunt, possint applicari. Crispin. de Visitat. p. 3. §. 18. num. 4. Pax Jord. Lucubr. tit. 2. l. 8. tom. 2. num. 9. Monacell. tom. 1. tit. 5. formal. 3. num. 2. & alii.

Debet autem Synodus fieri ante visitationem, quan- 16 do habita non fuit a multo tempore. Sac. Cong. Episc. in Tarentina 14. Octob. 1586. apud Nicol. in Flosculis verb. Synodus num. 1.

Episcopus in convocacione synodi non tenetur 17 consilium Capituli requirere, nec in aliis adionibus preparatoriis: Id enim sola sua auctoritate facere potest. Sic declaravit S. C. Conc. in Oriol. 27. Mart. 1631. apud Barbosa in Summa Apostol. dec. collect. 124. num. 22. & in Fulginat. 26. Febr. 1639. apud Nicol. lucubr. canon. l. 5. tit. 6. de Judic. num. 6. & in Hispal. Visitacionis 18. Aug. 1605. apud Monacell. tom. 1. tit. 5. form. 3. num. 5. Piasec. tamen prax. Episcop. part. 2. 18 art. 1. num. 4. tit. de modo convocandi Syn. Pignatell. tom. 1. consulti. 69. & apud ipsum Rota in Barbattren. Jurisdictionis 7. Jun. 1584. coram Card. Pamphilio, & alii dicunt, quod Episcopus, antequam indicat synodum, tenetur requirere saltem consilium Capituli, iuxta Regulam cap. Quanto, de his, quae sunt a Praelat. sine consensu Capituli.

Episcopus debet in publicatione decretorum syn- 19 nodi, Capituli consilium exquirere, licet sequi non tenetur. Episcopus enim prudens, antequam decreta synodi promulget, debet prius in privatis congressibus a Viris doctrina, prudentia, & pietate praestantibus, & deinde ex obligatione a Capitulo collegialiter coadunato consilium exquirere: licet solus potestatem legislativam statuendi habeat, & consilium sequi non tenetur. Sac. Congr. Concil. in Hispal. Synodi 26. Novembr. 1699. apud Monacell. loc. cit. num. 9. ubi dicit esse hanc propositionem, quae non habet hodie oppositorem.

Requisitio consilii Capituli pro publicatione decre- 20 torum synodi, debet fieri ab Episcopo Capitulo congregato, non autem Canonicis particulariter, Syndico, aut Procuratori; aliis non valerit, ut tradunt Rota cor. Verallo p. 1. dec. 304. num. 3. Card. de Luca de Jur. disc. 6. num. 4. & 6. Gavant. in prax. Synod. tit. de Consec. Decr. c. 6. n. 8. Pax Jordan. Lucubr. tom. 2. lib. 8. tit. 1. de Constit. num. 19. Monacell. loc. citato num. 14. & alii.

Immo valde expedit, quod dicta requisitio facta 21 Capitulo congregato registrerur in actibus synodi, quia cum sub poena nullitatis Synodi tenetur Episcopus consilium Capituli exquirere, ut pluries declaravit Sac. Cong. Conc. & signanter in una S. Marci Synodi 10. Maji 1666. & in Boven. Synodi 17. Febr. 1680. & in Hispal. Synodi 26. Novembr. 1689. constando sic de tali facta requisitione, evitantur omnes recursus, qui non semel in Sac. Cong. audiuntur adversus hanc defectum.

Si autem Canonici, & Dignitates nolent coram 22 Episcopo die ipsi indicta congregari, tunc sufficeret

requisitio facta per edictum affixum in loco Capituli, seu ad valvas sacristiae, aut ecclesiae cathedralis, protestando in eodem Edicto, quod sic habeantur pro requisitis, & ad celebrationem Synodi velle procedere, quod in tali casu sufficit ad ejus validitatem, prout declaravit Sac. Congr. Concil. in Ortuven. Synodi 15. Decembr. 1696. apud Monacell. l. c. n. 12.

Et in casu, quo totum Capitulum congregatum, 23 seu aliqua ejus pars contradiceret desiderio, aut propositioni Episcopi, & protestaretur, & appellationem interponeret, posset Episcopus, his protestantibus, & appellationibus non obstantibus, suam Synodum libere celebrare, cum Synodi celebratio impediri, vel retardari nequaquam possit, etiam praetextu cujuscumque appellationis. Sac. Congreg. Conc. in Oriolen. 27. Mart. 1632. in respons. ad 17. dub. apud Barbosa in Summa Apostol. dec. verb. Synodus num. 8. quia Episcopus tenetur solummodo Capituli consilium petere, non tamen sequi, ut declaravit Sac. Congr. Conc. in d. Oriolen. in respons. ad 15. dub. apud Barbosam l. c. num. 7. in Fulginat. 26. Febr. 1639. apud Nicol. lucubr. canon. lib. 5. tit. 6. de Judic. num. 6. & in Hispal. Synodi 26. Novembr. 1689. in respons. ad 2. apud Monacell. loc. cit. num. 13.

Capitulum cathedralis debet necessario expresse 24 in specie, & nominatim ad synodum invitari, iuxta dispositionem Text. in cap. de his, quae sunt a Praelatis, sine consensu Capituli, Fagnanus in cap. Grave, num. 11. & 15. de Praebendis, Monacell. loc. cit. n. 5. & alii passim.

Si autem Canonici, & Capitulum Synodo interesse 25 recitent, cogi possunt ab Episcopo etiam per censuras ecclesiasticas. Sac. Congr. Conc. in Oriol. 27. Mart. 1632. in respons. ad 19. dub. apud Barbosam in Summa Apostol. dec. verb. Synodus num. 9. & Bonafadin. in thesaur. eccles. dec. resolut. 52. num. 13.

Laici, quavis sit in facultate Episcopi eos in- 26 vitare, non tamen possunt de jure praetendere, quod tenentur eos invitare ad Synodum. Sac. Congr. Conc. in Lycien. Synodi 10. Januar. & 10. April. 1688. in respons. ad primum, & Sac. Congr. Rit. in Urbina- ten. 23. Januar. 1700. in responsione ad septimum.

Ad synodum accedere tenentur, & admitti debent 27 solum Curati, & Beneficiati, nisi esset consuetudo quod interveniret totus Clerus; Sac. Cong. Episc. in Aquil. 31. Maji 1589. apud Nicol. in Floscul. verb. Synodus n. 2. & in Eugubina 13. Augusti. 1650. ac Forosemper. 17. Janu. 1554. apud Piton. Constit. ad Episc. num. 1212. In casu autem, quod in synodo agendum sit de reformatione morum, vel de alia re, quae Clerum universum tangat, omnes Presbyteri, & Clerici interesse debent, ut declaravit Sac. Cong. Conc. in Eugubina 13. Aug. 1650. apud Crispin. de visitat. p. 3. §. 18. num. 4. & Monac. loc. cit. num. 3. Tunc tamen si Episcopus acturus sit super aliquo ex praemissis, debet facere mentionem verbis specificis in Edicto convocacionis. Sac. Congr. Conc. 7. Januarii 1654. lib. Position. 98. fol. 124. apud Monacell. tom. 4. Supplem. ad 3. tom. num. 155.

Exempti omnes, qui alias cessante exemptione, 30 synodo interesse deberent, nec Capitulis Generalibus subduntur, ad eam accedere tenentur, textu expresso in Conc. Trid. citat. sess. 25. de reform. cap. 2. ibi: "Synodi quoque diocesanae quotannis celebrantur, ad quas exempti etiam omnes, qui alias cessante exemptione interesse debent, nec Capitulis Generalibus subduntur, accedere tenentur."

Omnes Curati, sive Seculares, sive Regulares te- 31 neantur ratione Curae parochialis accedere ad synodum, etiam ipsi Curati Regulares subdantur Capitulis Generalibus, per textum expressum in Con- cilio Trid. loc. cit. ibi: "Ratione tamen parochialium, aut aliarum secularium ecclesiarum etiam annexarum, debeant ibi, qui illarum curam gerunt, quicumque illi sint, interesse."

Synodo interesse tenentur etiam Abbates, alique 32 Superiores Regulares, & Praelati inferiores exempti, si

per se ipsos Curam parochialem exercent: Secus au- 33 tem, si ipsam Curam per alium ab ipsis eligendum exercent, quia tunc onus accedendi isti soli incumbit, & non Abbati, seu alteri Superiori Regulari, aut Praelato inferiori exempto: Sic decisis fuisse a Sac. Congr. Conc. referunt Card. Petra tom. 5. Comment. ad Const. 4. Callisti III. sect. 2. num. 110. Sellius in Selectis Can. cap. 25. num. 31. Barbosa ad Trid. cit. cap. 2. n. 27. & tenent alii communiter.

* Accedere tamen ad synodum diocesanam non te- 33 nentur Abbates Regulares nullam animarum curam gerentes; ut ex decretis Sac. Congr. Benedict. XIV. de synod. diocesis. lib. 3. cap. 2. §. 3. iterumque lib. 7. cap. 65. §. 2. *

Item synodo interesse tenentur Vicarii, seu Capella- 34 ni Religionis Hierosolymitanae Curam animarum habentes. Sac. Congr. Conc. in Illerden. 17. Jun. 1683. apud Monacell. tom. 4. Suppl. ad 3. tom. num. 158. & aliud ejusd. Sac. Congr. Decretum in una Meliten. refert ad id Card. Petra loc. cit. num. 111.

Item Synodo interesse tenentur Parochi exempti Ec- 35 clesiae Lateranensis; Card. de Luca de Jurisdic. discurs. 38. num. 6. & ad Conc. Trid. disc. 30. num. 10. & seq. Cardin. Petra loc. cit. num. 9. Tambur. de jure Abbat. tom. 1. disp. 2. quest. 4. num. 5. & Communis aliorum.

Rectores Parochialium Nullius diocesis, etiam si 36 sint Abbates, tenentur accedere ad Synodum illius Episcopi, qui tamquam vicinior potest eos visitare. Sic decisis fuisse a Sac. Congr. Conc. referunt Francis- cus Leo in thesaur. forei ecclesiast. part. 1. cap. 9. n. 13. Barbosa loc. cit. num. 28. Cardinal. Petra loc. cit. n. 27. ubi expresse habet, quod Sac. Congr. Conc. declara- vit debere huiusmodi Abbates Nullius accedere ad Synodum vicinioris Episcopi, ut in Adriem. 12. Jun. 1592. tom. 7. pag. 51. d. tergo: "Teneri Curatos nullius diocesis interesse Synodi illius Episcopi, qui tamquam vicinior potest eos visitare. Abbatem vero, si visit nullius diocesis, non teneri, nisi Curam anima- rum exercent." Et 12. Febr. 1622. tom. 12. "Rec- tores nullius tenentur accedere ad synodum diocesis illius Episcopi, qui tamquam proximior potest eos visitare." Ac refert Fagnanus in cap. Super his, num. 16. de majoritat. & obediens. & in citat. Meliten. ad secundum. Sacra Congregatio censuit: "Rectores nullius diocesis, & ratione visitacionis ad synodum sunt obligati, & ad ea omnia, quae in Synodo de- creta sunt, si visentur ab Episcopo tamquam vicinioribus."

Abbates Regulares, Priores, Rectores, Guardia- 37 ni, alique Superiores parvorum Conventuum, qui vigore decreti Innocentii X. Ut in parvis, subji- cuntur Jurisdictioni Ordinarii, tenentur accedere ad Synodum, quatenus vocati fuerint ab Episcopo tamquam Sedis Apostolicae delegato, prout declaravit Alexan- der VII. in suo Decreto emanato 30. Marti. 1611. quod refert per extensum Fagnanus in cap. Quando num. 64. de Offic. Ordinarii. Et si non interveniant, potest Episcopus suo arbitrio illos muldare, excepta multa pec- cuniarum. Sac. Congr. Conc. in Pientina 16. Jun. 1703. apud Monacell. tom. 4. supplem. ad 3. tom. num. 156.

Conventus tamen, qui non fuerint suppressi, & 38 in quibus adest numerus sex Religiosorum, non comprehenduntur sub hac obligatione. Eadem Sac. Congr. in dict. Pientina 15. Sept. ejusd. anni 1703. apud Monacell. loc. cit. n. 157. & habetur clare ex Conc. Trid. cit. c. 2. quia subduntur Capitulis Generalibus.

Episcopus potest cogere etiam Clericos Subcollecto- 39 res Apostolicos, ut Synodo intersint. Sac. Congreg. Concil. in una Montis Pelusii 4. Febr. 1651. & in Cajaan. 21. Mart. 1644. num. 20. & 21. & 22.

Episcopus potest iuxta remediis, etiam per censu- 40 ras ecclesiasticas, compellere ad interessendum Synodo omnes supradictos obligatos Synodo intervenire. Sac. Congr. Conc. in Oriolen. 27. Mart. 1532. in resp. ad 19. dub. in Illerden. 9. Septembr. 1684. in Pientina 16. Jun. 1703. & saepe alibi.

41 Et sic etiam Juris remediis compelli possunt ab Episcopo ad interessendum synodo Curati Regulares parochiarum illorum Conventum, in quibus residentiam habent Generales suorum Ordinum, quamvis istæ Parochie ex Concilio Trident. sess. 25. cap. 11. & Sac. Congr. Concil. in Lauden. Jurisdic. 1. Decembr. 1691. non subiaceant visitationi Ordinariorum. Sic Sac. Congr. Conc. in dicta Laudensi 1. Decembr. 1691. in responsion. ad octavum, & nonum confirmata 20. Septemb. 1692. juxta resoluta in Justinopolitana 24. Septembr. 1639. in Comen. 16. Decembris 1645. & in Forosempronien. 3. Septembr. 1650. apud Monacell. tom. 1. tit. 6. form. 20. n. 15. Vide ibi n. 14. & 15.

42 In Synodo diœcesana potest Episcopus facere constitutiones, & decreta absque consensu, & approbatione Capituli, & Cleri; licet enim teneatur ad id consilium Capituli exquirere, non tamen teneatur illud sequi, ut declaravit Sac. Congr. Conc. in Oriolen. 27. Mart. 1632. in respons. ad 15. dub. in Fulginaten. 26. Februar. 1639. & in Hispal. Synodi 26. Novemb. 1689. Solum enim Episcopus in synodo diœcesana votum decisivum habet. Sac. Congr. Conc. 13. Jun. 1594. apud Sellium in Selethi Canonici c. 25. n. 34. & Barbosa ad Trident. cit. cap. 2. n. 29.

43 Decreta tamen, seu constitutiones synodales, antequam suo recipiantur, debent ostendi Capitulo, & aliis interessatis, eisque duorum mensium præfixi terminus, ut si se senserint gravatos, recurrere possint ad ipsum Episcopum, vel ad Sedem Apostolicam. Sac. Congr. Episcop. in Fundana 4. Dec. 1592. apud Nicol. in Flosculis verb. Synodus n. 5.

44 Non tenetur autem Episcopus synodum ostendere civitati, vel laicis, antequam imprimatur, vel promulgetur. Sac. Congr. Episcop. in Civ. Castell. 14. Apr. 1615. apud eundem loc. cit. & apud Barbosam ad Trid. cit. c. 2. n. 33.

45 Dum Romæ revidentur decreta synodalia, non convenit, quod Episcopus procedat ad eorum executionem. Sac. Congr. Episcop. in Vintimilien. 21. August. 1666. apud Nicol. loc. cit. n. 7.

47 Non tenetur tamen Episcopus ante synodi publicationem ejus decreta Romam mittere. Piasc. in præf. Episcop. part. 2. cap. 2. n. 12. Gavant. in Manual. Episcop. verb. Synodus Diœcesana num. 67. Barbosa ad Conc. Trid. cit. cap. 2. sub num. 33. & part. 3. de Offic. & potest. Episcop. allegat. 93. n. 25. ubi dicit sic eandem S. C. recipiisse Episcopo Orientis, teste Quaranta verb. Synodus Diœcesana in fine.

48 Constitutiones, seu Ordinationes factæ in synodo diœcesana sunt perpetuæ, & non spirant morte Conditoris. Glossa in cap. Ur animum, verb. Statuto, de constitutionibus in 6. Zerola in præf. Episcop. part. 1. verb. Edicta §. 3. Alced. de præcellent. Episcop. Dignit. part. 2. cap. 1. num. 41. Barbosa cit. allegat. 92. n. 24. & alii.

49 Constitutiones, seu Ordinationes synodales ligant Clericos & Laicos Episcopo subjectos; Barbosa ad Trid. cit. cap. 2. num. 34. Massabov. de Synodo cap. 4. dub. 77. & 78. Gabant. loc. cit. n. 65. & alii passim. Tales autem constitutiones synodales ex defectu auctoritatis non obligant Regulares; Rota in Neapolitana Jurium Parochiarum 13. Martii 1771. Atque hæc cor. Ansaldo; Sic expresse Ursaya in 2. miscellaneo sacro, & profano illi ter. S. n. 97. & tenent Peyria de privileg. ad cons. 21. Jul. II. §. 25. 1775. Lezana Summa quaest. Regul. tom. 1. cap. 21. num. 13. Lantusc. verb. Constitutio num. 5. Habens. Summa Select. 99. verb. Constitutio num. 3. & alii passim quoad constitutiones synodales concernentes reformationem Clericorum.

51 Servanda tamen est synodus diœcesana à Regularibus quoad tempus humationis cadaverum. Sac. Congr. Rit. in una Senogall. 20. Junii 1675. in respons. ad primum, apud supplement. thesaur. Regul. verb. Associatio num. 5. & Matheuc. offic. Cur. quoad diœcesan. legem num. 11. & quoad exequia numer. 1. Item servandæ sunt constitutiones synodales à Regularibus in iis omnibus, quæ concernunt observantiam sa-

crorum Canonum, Conciliorum, Pontificiarum constitutionum, & decretorum Sacrarum Congregationum.

Delenda est pena excommunicationis in decreto synodali contra Moniales scribentes, vel recipientes literas, quas Abbatissa non legitit. Sac. Congr. Conc. in Casenat. 26. Mart. 1695.

Expensis propriis vivere debent Canonici euntes ad synodum, & non gravare Capitulum. Sac. Congr. Episcop. in Sarzanen. 16. Jun. 1595. apud Nicol. in Floscul. verb. Synodus n. 4.

Canonici ecclesiæ collegiatæ cedere debent locum in synodo Beneficiatis ecclesiæ cathedralis, quando conveniunt cum Capitulo ipsius cathedralis; Sic Sac. Congr. Rit. in Ampuriensi Præcedentia 20. Jan. 1635. quia membra non debent separari à suo capite; Pignatell. tom. 4. consulti. 187. An autem Canonici, & Clerus cathedralis sedere debeant in synodo ad dexteram, Canonici vero cum Clero collegiatæ ad sinistram? Quamvis eadem Sac. Congr. Rit. in dicta Ampuriensi. 11. Maji 1641. censuerit Affirmative, apud Pignatell. loc. cit. tamen ipse Pignatell. ibid. censuit Negative, & id multis probat. Vide ibid.

Beneficiatis tamquam singuli, & vocati ab Episcopo, possunt intervenire synodo, & in loco juxta præscriptum Pontificalis. Ita declaravit Sac. Congr. Concil. 5. Nov. 1644. apud Pignatell. tom. 1. cons. 293.

Hic juvat adducere decisionem Sac. Rit. Congr. in una Spolemana Juris sedendi in synodo pro Collegiatis Sancti Petri, & Sancti Georgii civitatis Spoletii cum Capitulo Cathedralis ejusdem civitatis; Die enim 10. Martii 1708. proposita causa in Sacra Rituum Congreg. per Card. Colloredum, rescriptum fuit: Canonici Collegiatarum Sancti Petri, & Sancti Georgii detur scamnum cooperatum aliquo panno arbitrio Episcopi, & habeant postergale cum pradella, nec non vocentur titulo canonicali sigillatim. Sic refert Ursaya tom. 2. part. 1. disc. 29. num. 60.

Cum Episcopus Senogallensis penitentiam publicam vellet imponere duobus Presbyteris Curatis, qui in synodo adversus illius decreta (quæ munia archidiaconi per se ipsos adimplere debere Parochos archidiaconi reclamaverant, & alta voce protulerant hæc verba: Tu quoque predicare teneris, & non predicare) Sac. Congr. Episcop. hac die, & ante sub 20. Martii ejusdem anni proposita causa, & Episcopo informante, eidem injunxit, ut petita per eos venia, & imposita penitentia salutari, illos reciperet privatim. Sac. Congr. Episcop. 27. Mart. 1692. Sic ex Monacell. refert. Pitonius const. & dec. ad Episcopos n. 1881.

In fine synodi non interrogatur Clerus per verb. Placetne vobis? Sac. Congr. Conc. 27. April. 1592. apud Gavant. in Manual. Episcop. verb. Synodus diœcesana, n. 62.

Non licet Episcopo cogere etiam multis singulos Presbyteros, & Clericos ad synodum impressam referendam. Sac. Congregat. Concil. 14. Decembr. 1658. Sic ex Nicolò refert Pitonius loc. cit. num. 1281. Et Sac. Congr. Episcop. & Regul. in una Sancti Marci 11. Martii 1728. & dict. Sac. Congreg. Conc. in Larinen. decretorum synodalium 30. Augusti 1732. ad 12. dub. apud tom. 5. thesaur. resol. S. C. Conc.

Ad synodum diœcesanam non teneri adire omnes Canonicos collegiatæ, sed tantum ex his quatuor, respondit Sac. Rit. Congr. in Vicentina 23. Maji 1639. apud Scarfontanum ad Ceccoper. part. 1. lib. 2. tit. 10. sub num. 33. & 34. ubi etiam, quod inconveniens profecto esset universos Canonicos propriam ecclesiam infociatam relinquere, ut inquit Piasc. in præf. part. 2. cap. 2. num. 2. Videtur tamen circa id attendenda legitima cuiusque loci consuetudo, arg. cap. Cum dilectus de consuetud. leg. Si de interpretatione 37. ff. de legibus Sacerdotes simplices teneri inservire ecclesiæ cathedrali omnibus diebus festivis, & cogi posse juxta formam consuetudinis, & juxta constitutiones synodales, respondit S. R. C. in Bollicastran. Serovitii 15. Nov. 1670. quam resolutionem utraque parte informante confirmavit anno 1706. 21. Aug. cum Rescripto, In decretis, & amplius, ut restat

Ursaya tom. 1. part. 2. discip. 24. sub n. 13. Et attendenda consuetudine, & necessitate ecclesiæ cathedralis, Sacerdotes, & Clericos cogi posse ab Episcopo interesse Missis in diebus Dominicis, & aliis festis, necnon in processionibus, jam decreverat Sac. Congr. Conc. in Brindinorien. 11. Jun. 1648. apud d. Ursayam loc. cit. sub num. 23.

Decretum synodale, quo prohibebatur Regularibus, ne in ecclesiis secularibus ex legato celebrarent, delendum esse statuit Sac. Congr. Conc. in Meliten. 27. Nov. 1694. & stetit in decretis anno 1695. 11. Jul. & iterum contra reclamantes una cum Parocho Presbyteros seculares die 1. Dec. 1696. rescriptis In decretis, ut tres Dominicani continuare possent celebrationem Missarum in ecclesiâ parochiali oppidi Pizzoni, ut refert Cardinal. Petra tom. 4. commentar. ad constitut. 6. Gregor. XI. num. 19.

Synodale decretum, quo Episcopus Parmensis determinaverat, ne in sodalitatibus civitatis sibi subjectis, nec in aliis ecclesiis, ubi aliqua adsit particula ligni SS. Crucis Christi Domini, publice adorationi exponatur, non esse attendendum respondit Sac. Congr. Conc. in Parmen. 9. Augusti 1698. Proposito enim dubio: An idem decretum synodale sit observandum? Rescriptis: Non competere privatim ecclesiæ cathedrali; & stetit, in decretis anno 1699. 28. Mart. cum additione quod, amplius causa non proponatur, ut refert Ursaya tom. 3. part. 2. discip. 5. sub num. 48. & 49.

Synodali decreto aut alio modo potest ab Episcopo statui, ne Sacerdotes quicumque sive Seculares, sive Regulares officium exorcizandi exerceant sine sua expressa licentia in scriptis, sub penis arbitrario suo imponendis; sic habetur in synodo Fulginatensi c. 11. n. 8. & in synodo Lucæna de anno 1681. part. 1. cap. 11. sub num. 14. Immo & in Concilio Mediolan. IV. p. 2. Tit. Que ad Sacramenta §. 1. Et jussu Clementis XI. Sac. Congr. Sancti Officii 25. Jan. 1710. in literis encyclicis relatis in appendice synodi Fulginaten. de anno 1722. fol. 158. mandat, quod Episcopi non permittant quemquam Sacerdotem Secularem, vel Regularem energumenos exorcizare, nisi esse constat de Exorcistarum ætate, pietate, gravitate, integritate vite, prudentia, & aliis qualitatibus à Rituali Romano desideratis, cujus directione uti debeant, & regulas in illo præscriptas nullatenus transgrediantur, sed admissum custodiant; uti videri potest etiam in synodo hujus Alexandrinæ civitatis, ac diœcesis celebrata anno 1711. p. 232. & 453. ubi referuntur supradictæ literæ encyclicæ cum simili synodali prohibitione, confirmat. de anno 1732. in alia synodo sub tit. de Sacramento Ordinis pag. 55.

Synodalibus constitutionibus tenentur Presbyteri nominati, & deputati in ecclesiis parochialibus ad Ordinem Equitum Sancti Joannis Hierosolymitani spectantibus se conformare quoad omnia Sacramentorum administrationem & curam animarum concernentia. Sac. Congr. Conc. in Pragen. Jurisdic. 3. & 17. Dec. 1707. & 14. Jan. 1708. & 9. Jun. ejusd. anni 1708. ad V. dub.

Constitutionibus synodalibus subjiciuntur etiam ceteri Regulares omnes in iis, quæ respiciunt curam animarum, & Sacramentorum administrationem, ex Tridentin. sess. 25. cap. 11. de Regul. quamvis secus sit in aliis; sed ad evitandam deformitatem esse illis conformari oportet, non tamen sub gravi eas negligenter, notante Suarrio. Censet tamen Benedictus XIV. contra nonnullos Regulares, quamvis teneantur ad festa diœcesanos ex Trident. sess. 25. cap. 12. de Regular. non tamen teneri ad jejunia ab Episcopo indicta, nisi alia consuetudo in quibusdam monasteriis forte invaluisse. De synodo diœces. lib. 8. c. 4. §. 5.

Constitutionibus synodalibus, aliisque legibus etiam per edicta panditis ab Episcopo sine Capituli consilio, & assensu, subjicitur idem Capitulum. Sac. Congr. Conc. in Gerunden. Exemptionis 19. Decembr. 1739. ubi ad IV. dub. "An dictum Capitulum subjiciatur constitutionibus synodalibus, sive aliis legibus etiam per edicta panditis ab Episcopo absque illius consilio & as-

sensu, vel potius editis cum ejusdem consilio tantum, in casu, &c. Respondit: ad IV. affirmative ad primum partem, & negative ad secundam, & amplius."

Synodum Alexanen. celebratam anno 1739. nullam declaravit Sac. Congr. Conc. in Alexanen. Synodi 20. Jan. 1741. in qua ad primum, inter varia proposita dubia, sic conceptum: 1. An constet de validitate synodi celebratæ anno 1739. & quatenus affirmative, &c. Respondit: Ad primum constare de nullitate, in reliquis ad Eminentissimum Præfectum juxta mentem. Sic apud Thesaurum resolutionum S. C. Conc. tom. 10.

Alia ad rem; Vide verb. Concursus, & verb. Examinatores.

Synodorum, & Conciliorum celebratio ecclesiæ est summe utilis, quapropter Concilio Tridentino sess. 14. de reformat. c. 2. fuit expresse præceptum, quod Concilia provincialia, sicuti omnia fuissent, pro moderandis moribus, corrigendis excessibus, controversiis componendis, aliisque statuendis, quolibet saltem triennio, diœcesanæ vero synodi quotannis renoventur. Benedict. XIV. tom. 1. const. 32. incipient. Singularis §. 1. & de synodo diœcesana lib. 1. c. 2. ad num. 1. ad 5. Hinc ad Synodorum & Conciliorum celebrationem pro injuncta sibi omnium ecclesiarum sollicitudine, Archiepiscopus & Episcopus jugiter hortatur, obtestatur Pontifex, ut sublatis quibusvis impedimentis, sicuti omnia sit, quamprimum haberi curent. Idem const. 28. incip. Quamvis Paternæ vigilantie §. 1. Non esse autem omnino, & absolute necessariam Synodorum celebrationem tradit idem cit. cap. 2. num. 5. cum Episcopis, qui ad aliquod impedimentum suas Synodos, juxta Tridentinæ decretum congregare nequeunt, alii suppetant modi diœceses administrandi, & Synodi defectum supplendi, iterum, iterumque tamen synodorum celebrationem commendans, & inculcans.

Sola Synodus Generalis insignitur titulo Sanctæ, Idem de synodo diœcesana cap. 3. num. 1. ubi refert, quod literis in forma Brevis ad Archiepiscopum Valentinum datis sic rescriptis Sanctus Pius V. Hæc verb. Sanctæ Synodus, non conveniunt Synodo Provinciali sed Universalis. Synodus Generalis indicitur ad definiendum, quid credendum sit, & hujusmodi definitiones dicuntur Dogmata, & quid agendum sit, & istæ leges dicuntur Canones. Sed Concilium Tridentinum fere semper primas appellavit Canones, & alteras Decreta; Idem ibi n. 2.

Diœcesanæ synodi convocatio pertinet ad potestatem jurisdictionis, & insuper ad legem jurisdictionis simul, & diœcesanam. Idem ibid. cap. 4. per tot. In quocumque diœcesis loco cogi potest, & ex necessitate extra diœcesim consentiente Ordinario; Congruentius tamen nullo interveniente impedimento, celebranda est in sua Cathedrali, ut declaravit Sacra Congregat. Concil. in Aernen. die 17. Maji 1636. hisce verbis: Posse Episcopum etiam in dicto oppido, diœcesanam synodum congregare; sed satius esse, ut illam apud suam cathedralem celebret. Idem ibid. c. 1. n. 1. & 3.

Si duæ sint cathedrales æque principaliter unitæ, unica synodus, sola inspecta juris severitate, in alterutra, quam maluerit Episcopus, celebrari potest, cui utriusque ecclesiæ Ecclesiastici interesse tenentur, & statuta observare. At æquitate, vel decencia inspecta, ad evitandas inter utramque ecclesiam similitates, & concordiam fovendam, maxime expedit, ut illa modo in una modo in altera, alternatim celebretur. Et præterea, si alternativam induxerit legitima consuetudo, teneat Episcopus hanc omnino servare. Hæc enim opportuna distinctio invicem conciliantur variæ Sacre Congregationis Concilii responsiones, quæ minus peritis videri possent inter se pugnant, ut patet in adductis superius verb. Synodus num. 5. & 6. Idem ibid. cap. 5. n. 3. & 4. ubi scite advertit, quod ubi Sacra Congregatio judicat ad exactam juris normam, decidit etiam dum celebratum in una ex diœcesibus ligare etiam subditos alterius, ut in Gerunden. seu Cariaten. sub die 1. Februar. 1708. jam allata Superius verb. Synodus n. 6. Ubi vero judicat, non secundum juris apices, sed secundum æquitatem & decenciam, si nulla intercedat con-

consuetudo, pronuntiat synodum esse celebrandam alternatim, modo, in una modo in alia Diocesi, uti in *Aptien. Synodi sub die 8. Maji 1694.* jam etiam allata **81** *loc. cit. num. 6.* Ubi autem iudicatur secundum probatam consuetudinem, sententiam proferet non ex mera aequitate & decencia, sed ex iustitia esse servandam celebrandam Synodum alternis vicibus in utraque civitate, ut in *Arien. & Pinnen. sub die 12. Apr. 1625.* ibi: *Sacra Ec. Paribus auditis, ac Sanctissimo Domino Nostris approbante, censuit Episcopus Pinnensem, & Ariensem debere primam diocesanam synodum, cum ultima in civitate Pinnen. peracta fuerit, in Arien. civitate indicere ac celebrare; l. 2. Decr. p. 276. & rursus in eadem caus. 27. Jul. 1647.* jam item allata *loc. citat. num. 6.* Et quia in alia simili causa Matheranen. & Acheruntina diocesis unitis, Capitulum Acheruntinum nondum legitime probaverat praesentiam consuetudinem suae ecclesiae favorabilem, cujus praetextu adesse renuebat synodo, quam Archiepiscopus celebrandam indixerat in civitate Matheranensi; ideo *S. C. die 24. Mart. 1736.* distulit controversiae decisionem; at ne interim synodi celebratio non sine utriusque diocesis detrimento protraheretur, prudentissime addidit in responsione, post *verb. Dilata, Non retardato pro hac vice intervenit Clerici Acheruntini synodo jam indicite in civitate Matheranensi sine praedictio iurium ambarum partium.* Idem *ibidem n. 1.* Vide etiam *dict. decretum jam allatum a me, loc. cit. num. 6.*

83 Synodus provincialis bis in anno olim celebranda erat, & aliquando semel. Quae in illa decernebantur, promulganda erant in diocesanam. Idem *ibidem cap. 6. num. 1. 2. & 3.* Diocessana quoque bis in anno olim cogenda erat, statutis temporibus, & diebus. Idem *ibidem num. 2.* Nunc provincialis quolibet triennio, & diocessana semel in anno. Sic expressit Concil. *Trid. sess. 24. cap. 2. de reform.* ubi contra contumaces huic decreto parere recusantes, penas a sacris canonibus sancitas renovat, iterumque infligit: *Quod si in his tam Metropolitanis, quam Episcopis, & aliis suprascriptis negligentibus fuerint, penas a sacris canonibus sancitas incurrant.* Idem *ib. n. 4. & 5.* ubi acriter improbat sententiam Doctorum asserentium contrarium, reprehendendo illos Episcopos, qui ex sola socordia, & negligentia synodum celebrare praetermittunt, eosque insuper magis redarguendo, qui cum plures annos diocesim gubernaverint, nec de cogenda quidem synode unquam cogitarunt. Hi enim, sequitur ipse, ceterique, qui ex mera incuria, & inertia praefato Trident. praeepto non parent, & sine ulla causa synodum celebrare omittunt, meminisse deberent se praeter reatum inobedientiae, poenam incurere suspensionis ad officio statutam in *c.* Sicut olim, *de accur.* *Quisquis autem hoc salutare statutum neglexerit adimplere, a sui executione officii suspendatur, licet poena huiusmodi, ut ipsa indicat vox suspendatur, non sit lata, sed ferenda sententiae, ut ib. adnotarunt Ostiensis in fine, Joann. Andreas num. 7. Fagnanus num. 105.* referens etiam ad id resolutiones Sacrae Congregationis

86 Concil. Neque audiendi sunt, qui ad propriam obtinendam ignaviam, se consulto, & prudenter abstinere dilitant ad synodi coactione, ne novarum constitutionum in dies accessione commissae sibi diocesis status perturbetur; cum in primis non sit necesse, ut in singulis synodis novae constitutiones condantur, sed sufficiat, ut antiquarum executio urgeatur. Et deinde difficile videatur hoc tempore, quo ecclesiastica disciplina quotidie consenescit, & labefacta, aliquam inveniri diocesim, cui opus non sit ulla nova constitutio, qua saltem antiquae leges corroborentur, & quae morum corruptela poene absolverunt, reviviscant. Sic expresse zelantissimus Pontifex *ib. num. 5.* Vide tradita *tom. 2. verb. Concilium, & hoc tom. verb. Synodus Diocessana.*

87 Synodus olim celebrabatur in ecclesia, aut loco sacro ecclesiae adjecto; nunc sessionis preparatoriae antecedentes haberi solent in aedibus episcopalibus, sessiones vero synodales in ecclesia, & quidem cathedrali, nisi urgens, & honesta causa obstat, ut plurimis ad

id erudite suo more adductis tradit. Idem *ibid. num. 5. & 6.*

Synodis Generalibus Imperatores, Reges, & Principes per se, vel per suos Legatos adstiterunt, non ut Iudices, sed ut defensores. Unde istis abscedentibus **89** synodi auctoritas non minuitur: Idem *ib. cap. 9. num. 1. & 2.* Vide ad *id. tom. 2. verb. Concil. art. 1.*

Synodis autem provincialibus laici cujuscumque dignitatis intervenire non consueverunt. Idem *ibid. num. 3.* Hinc quaedam ex his synodis ob laicorum potentium praesentiam reprobatae sunt, ut patet de synodo Tyri anni 335. reprobata a Concilio Alexandrino, & variis aliis contra S. Athanasium congregatis, reprobatis a Liberio Papa, eo quod illis potentes laici interfuisent. Idem *ibidem num. 4.*

Possunt tamen etiam laici interesse ex consuetudine, aut invitati, aut ex aliis circumstantiis, ut si de rebus etiam politicis agendum sit, ut pluribus demonstrat. Idem *ib. num. 5.* His autem circumstantiis exceptis, nullus laicus jus habet interveniendi Synodis Provincialibus, praecipue post Concilium Tridentinum. Quapropter Sacra. Congr. Concil. Acta Synodi Toletanae anno 1582. celebratae noluit approbare, nisi expuncto nomine Administrati Regii eidem interveniti, & tandem Gregorius XIII. post longas hac super re habitas disceptationes suis Apostolicis literis in forma Brevis datis *die 26. Jan. 1585.* nomen Regii Legati ex praefato Concilio omnino deleri mandavit. Idem *ib. n. 6.*

Quamvis autem laici nequeant invitari, ut synodi provinciali intersint tamquam Praesides aut Iudices, quod nunquam licuit, possunt tamen etiam nunc invitari ut intersint tamquam meri Auditores, seu testes eorum, quae decernantur, praesertim si tales occurrant circumstantiae, quae quandoque laicorum praesentiam synodo valde utilem, & fructuosam reddant. Hinc eadem Sacra. **97** Congreg. Concil. post praefatum decretum editum in causa Toletana *die 22. April. 1598.* in alia causa Turritana respondit. *Gubernatorem, aliorumque laicos non debere Concilio Provinciali interesse, nisi a synodo fuerint invitati.* Et id tamquam certum ponit Coereemoniale Episcop. *lib. 1. cap. 31.* ubi loquens de Conciliis Provincialibus, etiam laicos locum assignat: *Sedita in ecclesia disponuntur, in Provincialibus quidem capacia pro numero Episcoporum, Abbatum, aliorumque ecclesiastica dignitate fulgentium, item pro Canonice, ac pro Laicis si qui intersituri sunt.* Idem *ib. num. 7.* Ubi recte, & oportune cum Pignatello. *Consult. 70. tom. 1.* Episcopus monet, ut caute in hoc se gerant, neque nimis faciles se praebant in laicis ad synodum invitandis, ne quod ab initio merae voluntatis, & urbanitatis fuit, tractu temporis fiat necessitatis, juxta illud vulgatum: *Quod a principio est voluntatis, ex post facto fit necessitatis, arg. loc. Sicut 5. Cod. de obligat. & act. Vide dict. verb. Concilium art. 2. num. 27. (Consonant leges 10. tit. 22. part. 1. & 2. tit. 2. ejusd. p. (Vide verb. Votum) Proximum recognoscere: leg. 2. tit. 5. p. 5. & in omnibus contra libus).*

Ad synodos diocesanarum laici olim aliquando **99** introducti fuerunt: nec de iure non licet, nisi ex consuetudine, aut urgenti causa, dummodo suffragium non ferant, nec in synodo consulantur; Idem *ib. num. 8.* ubi contra assertionem Monacelli. *tom. 1. tit. 5. form. 3. num. 6. & Domini de Aste in metodo visitationis Apostolicae p. 5. §. 3. num. 23.* id arbitrio Episcopi plane permittentium; adducit Sacram Congregationem Concilii, quae in causa Oriolen. synodi interrogata, *An Episcopus possit ad synodum vocare laicos, si eorum concilio uti velit?* Respondit, *Episcopus non posse, l. 14. Decret. p. 600. & 601.* movens insuper Episcopos, ne sine vera, & gravi necessitate laicos ad synodum accersant, & admittant, cum paratim possent illi, consuetudinis obrentu, jus interveniendi sibi deinceps arrogare, juxta paulo ante de synodo Provinciali cum Pignatello animadversa. Vide superius num. 26. Concedit tamen quod laici sermone adesse possint, *ib. num. 9.*

Synodi celebrandae die in ecclesia cathedrali **101** denuntiari convenit in die Epiphaniae, dum frequentius po-

pulo intra missarum solemniam festivitatis ejus anni solemniores promulgantur; & per duos, aut saltem unum mensem ante dictam diem, schedula manu Notarii, seu Cancellarii subscripta ecclesiae cathedralis valvis affigi sub huiusmodi, aut simili tenore: *Synodus Diocessana N. per Reverendiss. Dominum N. Episcopum indicta hoc anno Ec. mense Ec. die Ec. Deo adjuvante in cathedrali ecclesia inchoabitur.* Rursus tribus proximis diebus Dominicis ante dictam diem conveniens erit, ut tam in ecclesia cathedrali per Concionatorem; quam in singulis parochialibus per Parochos iterum, atque iterum, denuntietur, populi fideles ad devotionem, orationes, jejunia, Sacramentum Poenitentiae, Sanctissimae Eucharistiae sumptionem, aliaque pia opera hortentur, ut actio huiusmodi, Deo opitulante, dignum sortiatur exordium, felicemque, & fructuosum progressum, & exitum habeat. Sic expresse Coereemoniale Episcop. *lib. 1. cap. 31.* Et S. Carolus Borromeus in Concil. Provinciali *lib. 1. part. 3. (pag. 177. Act. Eccl. Mediol.)* & in Conc. Provinciali *V. part. 3. (ibid. p. 277.)* statuit diem celebrandae synodi die Epiphaniae, vel Kalendarum Jan. in cathedrali & suggestu iudici, & promulgari, atque calendario annuario adscribi, praecipue Parochis, ut per mensem ante statum diem quinta quaque feria missam celebrant de Spiritu Sancto, aut pro diversitate temporum orationem saltem de Spiritu Sancto in missa recitent, & populum hortentur, ut die Dominico synodi diem antecedente, vere poenitentes, & confessi Sacram Communionem sumant, precantes, prout supra ex Coereemoniali Episcoporum. Sic tradit etiam *Ben. XIV. loc. cit. lib. 5. num. 11.*

102 Synodus diocessana triduo absolvitur, nisi aliqua urgenti ratione sit protrahenda. Sic Pontificale Romanum *tit. de Ordine ad Synodum;* S. Carolus Borromeus *loc. cit. & Benedic. XIV. loc. cit. n. 2.* Prima die Episcopus mane cappa indutus, comitante Clero cum superpelliceis ecclesiam adit, & processionem instituit, missam de Spiritu Sancto pro seipsum solemniter celebrat, & Clero Sacram Communionem porrigit, quam accepit stolis rubris etiam sumunt Sacerdotes, qui forte ea die non celebraverint. Idem *ibid. num. 2. & 3.* ex Pontificali Romano *loc. cit. & S. Caroli in Conc. Provinc. Mediolanensi IV. part. 2. tit. Quae pertinent ad Sanctissimum missae sacrificium cap. 152.*

104 Secunda die unus ex Canonice missam solemniter canit pro defunctis, cui Episcopus assistit, eaque peracta, stola, & pluviale nigri coloris assumit, & consuetas orationes recitat pro defunctis, post quas vestes nigras, in rubras mutat, & accepto Pastoralis baculo ad sedem synodalem ascendit. Tertia demum die, unus pariter ex Canonice missam celebrat de Sanctissima Trinitate, addita collecta in gratiarum actionem, cui assistit Episcopus stola, & pluviali albi coloris, & absoluta missa, rubra accipit indumenta, ad consuetam sedem se confert, ultimae sessioni praesidet, & synodo finem imponit. Sic expresse idem *ibid. n. 4.*

106 Post ultimam sessionem, alia fieri solet supplicatio, seu processio, minor tamen solemnitas intra, vel circa ecclesiam; qua absoluta Episcopus consueto ritu Clero, & Populo benedicit, & quadraginta dierum Indulgentiam impertitur. Immo solent Episcopi saltem cum primam synodum celebrant Indulgentiam plenariam a Summo Pontifice sub consueta formula illis impetrare qui una ex tribus synodi diebus ecclesiam cathedralem visitaverint. Idem *ibid. n. 5.* recte, ac sancte subdens *num. 6.* quod juxta vetus institutum Episcopus in synodo brevi, gravius sermone Clerum alloquatur, & de iis admonet, quae in illo corrigenda deprehenderit, quod saltem in postrema sessione omnino fieri statuerunt Patres Concil. Mediolanens. *V. cir. part. 3. pag. 279.* ibi: *Episcopus antequam synodum dimittat, sermonem habeat paternis monitionibus plenum, ac dimissioni accommodatum.* Quibus omnibus, aliisque secundum laudabilem cujusque diocesis consuetudinem rite peractis, Episcopus a Clero associatus, eodem ritu, quo prius, ab Ecclesia se domum recipit, ex Pontificali Romano *loc. cit. ibi: Tunc omnes pariter surgentes Pontificem*

cappa indutum cum superpelliceo ad domum reducant. Idem *ib. n. 2.* recte concludens, posse quoad haec servari suam cujusque ecclesiae legitimum consuetudinem.

Solendi Ordinem in synodis tradit. Idem *ib. lib. 3. cap. 10.* ut sequitur. Card. in Synodis Generalibus, & Nationalibus praefertur Episcopis. In synodo diocessana primus sedet Episcopus, postea Vicarius Generalis; nisi legitimum consuetudo alteri faveat, aut dignitates, & Canonice sacris vestibus induti synodo assistant; secus si Vicario consuetudo faveat, aut ipse etiam habitu Praelatio sit indutus. Sequuntur Dignitates, & Canonici Cathedralis, inde horum Coadjutores, si tamen Canonici capitulariter interveniant; aliter praefertur Abbates, & Protonotarii non participantes induti mantelleta, & rocchetto. Post Canonicos sedent Beneficarii, & Mansionarii ejusdem ecclesiae. Post hos Canonici Collegiarum civitatis, servatis dignitate, & antiquitate in praecedentia, quin obstat nobilitas indumentum ex privilegio concessum; deinde Canonici Collegiarum dioceseos, servatis pariter dignitate, & antiquitate. Aliquando praecedunt Abbates, videlicet cum habent usum mitrae, & baculi; etiam Titulares, & Commendatarii, sive Seculares, sive Regulares, praecedunt in synodo Canonici capitulariter non intervenientibus, & inter ipsos Abbates praecedit qui dignitatem seipso se assuevit; post Canonicos sedent Vicarii Foranei, inde Plebani, sive Archipresbyteri rurales; post hos Parochi, nisi usum habeant sedendi cum Plebanis; praecedit vero qui primus parochiam obtinuit; succedunt Beneficarii simplices, post hos Clerici, servata Ordinis dignitate, quae si aequalis sit, servatur Ordinationis antiquitas; quae si par sit, habenda est ratio aetatis. Omnibus tamen praefertur ordinatus a Summo Pontifice. Postea sedent Regulares, ultimi laici si adsint. Quoad hunc autem sedendi Ordinem, est potissimum servanda legitima consuetudo, quae est optima legum interpret, l. Si de interpretatione 37. ff. de legibus cap. Cum dilectus 8. de consuetudine. Ad praecedendas tamen, & amputandas lites, & cujusque jura illata servanda, expedit, quod in synodi initio Episcopus decretum promulget, quo declaratur, ex ordine inibi sedendi nihil detractum iri juri habendi praestantiorum locum, quod quicquam sibi competere credat, uti habetur in Conc. Provinc. Mediolanensi. *V. p. 3.* ubi inter decreta initio diocessanae synodi legenda, hoc a S. Carolo conditum quarto loco traditur: *(Ador. Eccles. Mediolanensi. p. 3. p. 278.)* ibi: *Si cui in ea Synodo conigerit suo loco non sedere, aut incidere, aut aliud quidquam agere, ad id propterea nemini jus acquiri, acquisitum esse, neque quidquam de cujusquam jure possessione detrahi, sed omnia in eo statu permanere, quo antea fuisse competentur erit. Quod & factum jam fuerat in Concilio Tridentina. in fine sessionis 2. ibi: Insuper ipsa sacra synodus statuit, & decrevit, quod si forte contigerit aliquos debito in loco non sedere, nulli propterea praedictum generetur, nullique novum jus acquiratur.* Et idem denuo in fine sessionis 25. statuit de loco assignato Oratoribus tam ecclesiasticis, quam secularibus in sedendo, incidendo, aut quibuscumque aliis actibus; per quem nulli jus de novo acquisitum, nulli ablatum declaravit.

In diocessana Synodo notificanda sunt recentia decreta Summorum Pontificum, & Sacrarum Urbis Congregationum, & aliquo modo addenda in appendice ad synodum. Idem *ibid. lib. 5. cap. 2. num. 2.* Constituentia sunt quae ad vitia coercenda, virtutum promovendam, mores reformandos, disciplinam ecclesiasticam restituendam, vel fovenda utilia, & necessaria existimantur, & alia juxta diocesium circumstantias, & indigentias. Idem *ibid. lib. 6. cap. 1. num. 1.* & sequent. ubi plurima erudite adducit ad rem. In synodis abstinendum est a quocumque verbo, quo videatur reprobari opinio inter Catholicos controversa: Idem *ibid. lib. 7. cap. 27. n. 1.*

Constitutiones synodales, aliaque sanctiones extra synodum, consulto Capitulo, latae, Episcopo moriente,